



## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm Novembris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Vita S. Othmari Abbatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

S. Leopoldi nomen quam sit celebre.

virtutes ipsius Leopoldi, quas creator omnium etiam miraculis comprobavit, ab Dei Vicario, qui solus in terris es, ascribere in numero sanctorum iure meritoque, exposcit expectatque. Ad quemcumque enim loca Leopoldi nomen pervenerit, pro sacrosancto veneratur & colitur. idque non simpliciter, prout a nonnullis fieri consuevit, sed in debili atque inviolabili titulo sanctus Leopoldus appellatur & pro sancto habetur. Queritur tamen per laudabilem consuetudinem solennitateque, a sacrosancta Ecclesia introducta, S. T. natus, quo absque, nil tutum, nil stabile, nil denique sanctum creditur. Id enim mea oratione non existimes velim. Nam in primis Christianissimus fidei nostre totius religionis orthodoxe verus, legitimus, indubitatus defensor Fridericus Imperator Augustus, a quo eius bonitate nihil adhuc properam peti audivimus: nec vero idcirco tantum, quod ex sanctissima Leopoldi familia Australi ducat originem, venerat etiam ut Deus in suis glorietur creaturis, eius filius Maximilianus Austriae ac Burgundiae Archidux inuictissimus, patrem sortitus est Caesarem. Sic in clytus Hungarorum ceterique Principes catholici illarum provinciarum, & denique, omnes eorum populi, tui, vocemque sanctitatis tuae sibi cupiunt, prestolantur, expectantque. Quid enim tibi testibus magis in mundo dari possit non video. Magna profecto res est, ut mortali Deo propitio & fauente, gloriosissimos & caelestes titulos beneficiis tibi quae iam tempus est, iam te sic velle conspiciamus & tenemus omnes: ut tua videlicet haec lesti voce Leopoldus, qui cum iam in caelis sanctus sit, etiam in terris sanctus esse deus res sanctissimo tuo decreto, longa hominum expectatione optato. Diu mortalibus in augmentum fidei, in monumenta Romani & Ecclesiastici ritus, in gloriae aeternae quae nimio ardore exposcit, & ut beneficiis longo labore quaerita iam praemia declarantur.

Rogatur, cum in numerum Sanctorum referri.

Extat alius liber de innumeris miraculis & canonizatione eius, per Reverendissimum patrem, dominum Iohannem Franciscum de Pauinis conscriptus, ad quem lecturam remittimus.

VITA S. OTHMARI ABBATIS, AVTHORIS VV ALAFRIDO ABBATE AVGIENSI. PRAEFATIO AVTHORIS.

Hos libellos inveni et lector Tomo V. 16. Octobris.

Initis duobus libellis, quos de vita & virtutibus beatissimi Galli confessoris, iuxta fidem, quae vel scripto, vel dicto ad nos usque venerat, verere potius, quam lepidè, composuimus: iubentibus vobis, fratres sanctissimi, qui in cenobio eiusdem sancti patris constituti, seruatoris eius, quae in Dei rebus habuit, sancti strenuitate propositi speciem exhibetis, libet subnectere eam relationem, quae de sancti patris Othmari studijs & virtutibus, per eius merita ostensis, vestra assertionem & cura literis est mandata veracibus. Quae cum sit veritate plena, ratione perspicua, non ob aliud a nobis est iterata, nisi quia charissimus frater Cosbertus, qui idem opusculum edidit, cuius charitati quicquam negare nec volumus, nec debemus, id ut fieret postulavit, immo praecipit, quem etiam in hac occupatione instantissimum erga deum sine tadio laeti sustinuumus. Itaque lectori credulo sufficiat haec abbreviatio nostra: incredulus autem qui fuerit, ad eam conscriptionem quam sequimur, recurrens, multiplici ad stipulationem testium conuentus, ad fidem si gratus est, segnis non erit.

HISTORIA.

Vt vir Dei Othmarus pro sanctitate vitae, cellulae sancti Galli sit praefatus, & regia auctoritate regularem inibi vitam instituerit. Cap. I.

Novemb. 16.

S. Othmarus in Rhetia degens, sacerdotio initiatur.

LITVR Othmarus genere Alemannorum oriundus, aetate puerili a fratre suo Rhetia Curiensem perducitur est: & in seruitio Victoris, earundem partium Comitum, multo tempore constitutus, & literarum scientia sublimatus, virtutum sectator, morumque laudabilium professor, sacerdotij gradum ascendit: & a supra dicto Comite benigne retentus, cuidam titulo sancti Floriani confessoris praefatus est. Cumque morum eius probitas, & sanctae vitae munditia longè lateque plurimum aures dulci rumore respergeret, Vualdramus quidam, qui sibi vastitatem cremi, in qua sanctus Gallus

Gallus cellulam construxerat, velut à parentibus hereditario iure ad se transmiffam vendicauit, eundem Othmarum à Victore fupradicto ad praeficiendum eidem cellulae imperauit. Et voti compos effectus, cellulã cum omnibus, quæ ad eam pertinebant, illi foletniter commendauit. Atq; vt fui melius defiderij conualefceret utilitas, ad Pipinũ Regem profectus, eundem Abbatem ipfi præfentauit, & locum, cui pridem cum præfecerat, proprietatis iure principi contradidit, omni instantia depofcens, vt regia authoritate ex integro Othmarus Abba eidẽ præficeretur loco. Cuius petitioni iam dictus princeps assensum præbens, locum sibi traditũ viro venerabili cõmendauit, & regulare inibi vitam instituere iussit. At ille regressus confestim, boni Mandritæ studium in ipso executus initio, vndique uersum congrua monachis habitacula construxit, & ipsius sacri loci statum, ad utilitatem diuini seruitij studiosissimè reformauit. Religiosos etiam quosque ita liberalitate sua ad deuotionis studium inuitauit, vt ex quorundam donationibus possessiones ipsius cœnobij admodũ dilaret, & intra paucos annos complures ad sacra militiam vitæ fratres attractos, magisterio suo & cura decentissimè gubernaret.

Cella S. Galli commendatur S. Othmaro.

Construit illic monachorum domicilia.

Multos cõgregat fratres.

*Qua sanctæ conuersationis perfectione nituerit. Cap. 2.*

**H**is prælibatis, vitæ eius sanctitatẽ liceat summam perstringere: vt liquidò cunctis clareat, quibus profectuũ gradibus ad hanc gloriã sit euectus. Erat nimirũ parifimonia fectator eximius, creberrimo macerã ieiunio corpus: ita vt in præcipuis ieiuniorũ diebus ex consuetudine, bidui abstinentiam continuaret frequẽtius. Et his contra tentamentorum iacula clypeis pramunitus, vigilias amabat, & assiduitate orãdi spiritualia nequitia repellabat. Summa autem humilitatis gratia præcipuè præditus, intantum voluntariã paupertatem diligebat, vt terrenam gloriã omnibus fugeret modis. Cui etiã hac erat consuetudo, vt si quocũquã pro utilitate monasterij eũ rẽdere necessitas popofcisset, vilis mitori dorfo ueheretur afelli. Erat inter cætera, tâta in eo pauperũ sollicitudo, vt eorum curã per se potius, quã per alios exhibere studeret. In eo verò misericordie opere, quod elemofina dicitur, vix cuiquã habebatur secundus. Nã ad suscipiẽdos leprolos, qui à cæteris hominibus seicũtĩ manere cõsueuerunt, hospitio lũ haud longè à monasterio extra eas mansiones, quibus cæteri pauperes recipiebãtur, constituit, & eis curam per se omnimodis impendebat ita sollicitè, vt nocturnis etiã horis monasterio sæpè digressus, curã infirmitati eorum miro deuotionis adhiberet obsequio. Capita siquidẽ eorum pedesq; abluens, purulenta suis manibus vulnera detergebat, & victui necessaria ministrabat, illã semper animo reuoluẽs sententiam, quam iudex iustus misericordibus prolaturus est, dicens: Quod vni de his minimis fratribus meis fecistis, mihi fecistis. Sicq; factum est, vt cunctorum, qui eum nouerant, veneratione sublimis, pater pauperũ appellaretur à plurimis. Tam pleniter autem misericordie studiũ possederat, vt si quẽ pauperũ nuditatis iniuria torpentem cõspiceret, plerunq; suis exutus vestibus, miseri contegeret artus: ita vt interdum sine tunica, sola cappa contectus, ad monasteriũ remearet. Mãluit enim per præsentis pompæ contemptum ad indumentum incorruptionis æternæ pertingere, quã per boni operis amissionem futuræ nuditatis opprobria sustinere.

Ei ieiunia.

Vigiliae. Preces. Humilitas.

Benignitas in pauperes.

In leprofos.

Matt. 25.

*Quanta erga pauperes misericordia fuerit. Cap. 3.*

**Q**uodam enim tempore ad Pipinum Regẽ veniens, honorificè susceptus est. Et inter alia largitatis eius beneficia, ad necessitates fratrum suorum subleuandas, argenti libras septuaginta percepit. Sed mox, vt ad sua rediret, egressus, maximam eiusdem pecuniæ partem pro foribus palatij pauperibus erogauit. Paucos autem solidos vix à fratribus, qui secum erãt, compulsus retinuit, quibus postmodũ quoddam territorium monasterio vicinum cõemitt. Dominicorum enim non immemor præceptorum, sua causa de castino non cogitabat, sciens monachum victũ & tegumento contentum esse debere. Et ideò paupertate in sibi potius suisque delegit, quã rerum transeuntium possessionem superflua in expeditis mentibus onerosam.

Liberalissimum regis Pipini munus.

Nora. Matt. 6.

*Vt à quibusdam iniurijs pro zelo iustitiæ, quo feruebat, multis affectus sit iniurijs.*

*Cap. 4.*

**I**gitur cum iã Dominus meritis eius digna repẽdere decreuisset, callidus vniuersæ bonitatis inimicus, bonis eius actibus inuidens, eiusq; exemplis aliorum vitam dolens proficere, quietem, quam in Christi seruitio, licet non parũ labo-

URIVS  
 9  
 10  
 RV III  
 5

laborando, possedit, perturbare contendit. Sed quavis flatibus aduersitatis rariarum pulsata, radicem petrae veritatis habens infixam, paradisi cedrus inconvulsa permanfit. Nam Vuarinus & Ruadhardus, qui tunc temporis totius Alemanniae curiam administrabant, diabolo suadente, immanissimo auaritia morbo preuenti, ecclesiarum sub sua potestate sitarum, magna ex parte in proprietatis suae dominium per vim contraxerunt. Qui cum sibi de possessionibus beati Galli per plura eorum violentiae ausu vendicassent, vir Dei Othmarus, non possessionibus terrenis inhiis sed coenobialis vitae, in eodem loco rerum ingruente penuria, defectum praesens, Pipinum Regem adiit, ipsi tyrannicam eorum praesumptionem exposuit, pariter protestatus, graue eum crimen incursum, si eorum actibus consentiendo ueret. Qua pro causa beneuolus princeps vtrunque conueniens, interminatus eis, gratia sua illos omnimodis carituros, si non ecclesijs Dei, qua iniuste abstraherant, absq; recraftinatione restituerent. At illi patriam reperentes, vitio rapacitatis infecti, & bestiali seuitia efferati, iussione regiam neglexerunt. Virum etiam Dei Othmarum, cum pro hac re iterum principem adire vellet, missis clanculum post eum litibus, vinculis iniectum per vim reduci fecerunt. Nec non & Lamberto cuiusdam fratris eius professione connumeratus erat, non vitae sanctitate, persuaserunt ei ficta quadam machinatione luxuria crimen impingeret: id elaborantes, veritate eius huiusmodi suspitionibus infamata, deponendi eum occasione inuenirent. Qua causa plurimi, tam dolosa factionis ignari, ad concilium euocantur.

Quidam magnates sibi vindicantes res ecclesiarum S. Othmari.

Eum capti uum detinent.

*Quam in obiectione ficta criminis molestiam pertulerit, & qua accusator eius poena mulctatus sit. Cap. 5.*

**I**Taque vir venerabilis castitate integer, vitae ac morum maturitate grandae in medio collocatur, & in eius accusationem Lambertus falsitatis minister, per ram omnibus praesentatur. Acceptaque loquendi licentia, veritatis oblitus, sitatis assertor, dixit se quandam foeminam non esse, qua a beato viro vim pollutam suisset perpeffa. Ad quod nullum penitus dedisse fertur responsum. Cumque a plurimis responderi cogeretur obiectionibus, huiusmodi dicto temperavit eloquium. Fateor me quidem supra modum in multis peccasse: de huius autem obiectione criminis, secreti mei inspectorem, Deum inuoco testem. Illis autem, vi huiusmodi se excusatione purgaret, attentius ei insistentibus, mente securus, conscientia liberatitius perdurauit. Et quia accusandi licentiam apud iudices patere cognouit, maluit pro sinceritate sui pectoris diuino, quam humano pro excusatione criminis placere iudicio. Mox ergo, ut cunctis claresceret ipsius castimoniam falso fuisse infamatum, Lambertum vltio diuina corripuit. Nam febrim vexatione perualis paulatim resoluti membrorum vigore, contrahi coepit. Sicque omnibus membrum status sui amittentibus rectitudinem vel formam, capite ad terram more quadripedum inclinato, non solum deformitate figura terribilis, verum etiam viua voce in sanctum Dei peccasse, omni tempore fatebatur.

Falsò accusatur à quodam de muliere opprefsa.

Caelestis vindicta illi accusatorem persequitur.

*Vt inter arcta custodiae claustra vitam finierit. Cap. 6.*

**C**oncilio autem iniquè inchoato, & iniquius terminato, vir Dei Othmarus apud villam Potamum palatio inclusus est. Quod cum nullus intrare, nec colloqui cum eo permitteretur, aliquot dies absque corporalis sustentamento victus transiit. Cumque diuturna vexatione famis laboraret, Pergozus quidam è fratribus eius noctu aduenire solebat, & ei victus solatia ministrare. Postmodum verò Gozbertus quidam, vir potens, dum sibi virum Dei commendari ab iniquis principibus impetrasset, in quadam Rheni fluminis insula nomine Stein, iuxta praedium suum custodia illum deputauit. Vbi idem sanctus pater spualitanti tantummodo exercitio, id est, orationibus ac ieiunijs vacans, eo liberius Domino deseruiuit, quo ab humana frequentatione curisque secularibus fuerat solutus. His & similibus nota deuotionis insistens operibus, exacto non multi temporis spatio, ab his mundanae perturbationis angustijs ad caelestis latitudinem gressu diuino, xv. Calendarum Decembrium die commigrauit: & corpus eius in eadem insula tumulatum, multis deinceps diebus ibidem sine corruptione permanfit.

Laborat vir Dei inedia.

Feliciter custodia ab in caelum.

*Vt post multum temporis corpus eius sine corruptione repertum sit. Cap. 7.*

**E**volutis autem post transitum eius decem annis, fratres illius per visionem à Domino commoniti sunt, ut corpus chari patris ad monasterium reducerent. Hoc praefacto diuinae voluntatis consilio, vndecim ex eisdem fratribus

bus noctu ad locum, in quo sancti viri exuuiâ seruabantur, deueniunt: & sepulcrum aperientes, corpus eius ab omni corruptione illaefum reperiunt, excepto quod pars extrema pedis vnus, quæ aqua alluebat, tantum colore mutato, quasi tabida videbatur. Et congruo satis miraculo prima sanctitatis eius indicia claruerunt, vt videlicet illaefum à corruptione corpus eius inueniretur, quam liber ipse fuerat à crimine, cuius oppositione superatus videbatur ad tempus. Hac itaque deuoti fratres rerum nouitate perfectè ius instructi, corpus honorificè sumptum, rati imposuerunt. Et accedentes candelas, vnam ad caput, alteram collocauerunt ad pedes.

Corpus eius post annos decem, incorruptum cernitur.

*Quam mirabiliter in translatione corporis eius tempestas sedata sit. Cap. 8.*

**C**umq; deserto litore, incertis se profundi vijs commisissent, & summa instantia remigio insistentes, sub omni celeritate cuperent remeare, continuo tanta vis pluriâ ventorumq; prorupit, vt vix effugiū se crederent habituros. Sed mira omnipotentis Dei dispensatione, & vt credimus, sancti viri meritis actum est, vt ipsa etiâ elementa, quæ nobis insensibilia videntur, famulantia sui creatoris imperio, quanti viri reliquiâ ibidem vherentur, sentirent. Nam pelagus circumquaq; imbrifera tempestate commotum, vndasq; in altum suspendens, nihil omnino remigantibus molestiâ intulit: sed in quamcunq; partem nauis deuenit, reiectis flatibus, tumentes in se fluctus depressit. Et ita omni ex parte vndarum molibus, imbrium effusionibus, ventorumq; flatibus non paruo spatio dimotis, quasi sepe quadam scapha cingebatur, vt ne vna quidè pluriâ gurta, quæ hinc inde vehementer inundabat, in illam descenderet. Cerei quoque, qui in beati patris obsequium ardentis, ad caput pedesq; fuerant collocati, lumen primæ accensionis nequam amiserunt, quo ad usq; corpus eius ad monasterium deferretur.

Miraculum

Aliud miraculum.

*De abundantia potus celitus subministrati, & vbi corpus eius post translationem sit tumulatum. Cap. 9.*

**A**liud adhuc restat miraculum, quod in eadem sacri corporis translatione deuotis fratribus Dominus patefecit. Nā cum ex nimia remigandi instantia fessis, adueniente refectiois hora, ad recuperandas alimēto corporeo vires, laudibus Domini præmissis, consedissent, tandemq; felici conuiuio intermisceri potus solatia commenerent, vnus ministrorū intulit, nil ibi iam potuū superesse, præter quod in fiasco paruo seruabatur, vnde vix vnicique quippiam ad gustandum potius, quam ad bibendum, præberi potuisset. Illi verò miraculorum Domini, quomodo paucis panibus multitudinem hominū pauerit numerosam, facientes mentionem, ex eodem paruo, quod habebant, cunctis qui aderant, cum charitate distribui fecerunt. Et mirum in modum coepit in eodè vasculo ita liquoris haustus crescere, vt continua effusione nihil minui videretur, quo ad usq; bibentes poculorum copia vincerentur. Ergo pro rei nouitate obtupefacti, largitori omnium bonorū Domino, qui eis tam mirabiliter sufficientiâ præbuit, debitas gratiarum actiones cum laudibus persoluerunt. Statimq; vt iter coeptum itidem aggressi sunt, in vasculo potus cessauit. Cumq; optati litoris portum subsissent, fratres, qui obuiâ cū Dei laudibus venerunt, quæ gesta fuerant, ex ordine retexerunt. Celebratoque in commune gaudio, sancti viri corpus magno sumptuum cum honore ad monasterium transtulerunt, & inter aram sancti Iohannis Baptistæ & parietem in sarcophago posuerunt: vbi etiam postmodum, ipsius facientibus meritis, memoria digna Dominus dignatus est manifestare miracula.

Matt. 14.

Vinum diuini os augetur.

Sepelitur vir sanctus in suo monasterio.

*Mutus & surdus ad sepulcrum eius curatur. Cap. 10.*

**D**enique quodā tempore surdus & mutus cum quibusdam de vicinis locis, orationis causâ monasteriū aduentibus, aduenit: & quia à primæua etate & locutionis & auditus carebat officijs, tabellas duas de collo dependentes gestabat, quarū collisione & sonitu misericordiæ opus, quod voce nequibat, precabatur. Is cum suis cōuiatoribus ecclesiâ ingressus, dū eos singulis altaribus pariculas ceræ, sicuti pauperum est consuetudo, imponere conspiceret, ad viri Dei sepulcrum accedens, tabulas, quas gestabat, desuper posuit, seseq; quasi oraturus, ante illum prostrauit. Et protinus alto sopore depressus, vt ipse postmodum retulit, senem quandam facie nitidum, monachico habitu gloriosum, quasi è tumulo vidit procedere, dicentem sibi: O homo, cur hinc sopore deprimeris? Cumque ad interrogata responderenihil penitus potuisset, senior ad eum dixit:

Surge,

URIVS

900  
1000  
RV III  
5

Surdus idē  
que mutus  
sanatur ad  
sepulcrum  
S. Othmari.

Surge, & incommodorum, quibus hactenus laborasti, remedium à me tibi im-  
tratū scito. Ergò tabulis istis dimissis, confestimque monasterio decedens, donum  
à Deo tibi concessum in hoc loco, nemini pandas. Qui cum euigilans surrexisset  
sub magna festinatione monasterio digressus, inclinato iam die, vesperi ad con-  
dam Ratgozi potentis viri hospitium diuertit. Cumque ab illo interrogaretur, unde  
de veniret, per ordinem exposuit, ubi, quando & quomodo sanitatis donum fuisse  
adeptus. At ille narrationi eius non credens, teneri eum & custodiri precepit, ut  
que veritatem rei certius inquisiturus, eadem nocte ad monasterium veniret, &  
bulas super tumulum positas reperit. Conuiatores quoque sanati cum inuenisset,  
adhuc eiusdem facti penitus ignaros, diligentius ab illis inquisiuit, si talem homi-  
nem monasterium pergentes, in comitatu habuissent. Et continuo ex eorum nar-  
ratione vera esse, quæ domi audierat, deprehendit. Quæ res & presentibus cum  
innotuit, & ad nos usque veridica relatione peruénit.

*Vt lux in eodem loco cælitus apparuerit. Cap. II.*

**P**resbyter quidam ex ipsa congregatione, nomine Tanco, dum in eadem ec-  
clesia custodis officium gereret, nocturnæ quietis tempore pro refectio-  
luminaribus basilicam solitus introire, tribus vicibus penè omnia reperi  
extincta. Ad sancti autem viri sepulcrum perueniens, ardētem cerei  
illud inuenit. Sciensque luminis illius cælitus administrari splendorem, extingui  
re non præsumpsit. Vt verò discessit, lux, quæ per se venerat, per se etiam subtra-  
est. Vbi etiam & ad maioris indicium miraculi, ignis quidem in candela solitò  
labat, ceræ verò nihil per hunc ardorem minui videbatur. Hæc idem venerabilis  
presbyter sepius sua relatione confirmans, omne dubitationis argumentum ab  
facto veritatis narratione depellit.

Cereus cæ-  
litus ardet  
ibidem.

Miraculi.

*Quidam ibidem è casu desperatus, quàm facile conualuerit. Cap. 12.*

**Q**uodam etiam tempore, dum eiusdem ecclesiæ tecta, vetustate dilap-  
cessariò restaurarentur, quidam ex ipsius monasterij familia, regularum  
quas ad fastigia basilicæ deferre debuerat, onere pregrauatus, de ipsius  
altitudine super viri Dei sepulcrum corruit: moxque immensum ali-  
lignorum pondus, corruentis impulsu attractu, in ipso eum casus exitio delu-  
operuit. Cumque adstantes concurrerent, ut ei, quem iam exanimem crediderunt  
funeris debita persoluerent, sublato lignorum pondere, aliquantisper nullos mem-  
brorum motus ostendens iacuit: ac deinde per longa suspiria halitum reuoluit  
absque vlla læsione surrexit incolumis, & ad incepti laborem operis rediit ga-  
dens. In hoc ergò miraculo haud dubiè sancti patris merita claruerunt, cum  
altitudo tecti, vnde supradictus homo ceciderat, non minùs quadraginta pedum  
mensura à terra esset suspensa, & pondus insequens corruentem, quod ad mil-  
torum hominum oppressionem sufficeret, operire præcipitem, non contenter  
potuisset.

Stupendum  
sanè mira-  
culum.

*Contractus sanitati restitutus. Cap. 13.*

**A**lio tempore cæcus quidam adueniens, hospitio, pauperum necessitate  
preparato, susceptus est. Et nocte eadem cum ecclesiam vellent adire, por-  
culus, qui ei ducatum præbere debuerat, ob nimiam frigiditatis asperitatem  
officij sui illi negavit iuuamen. Cumque nimis doleret, quòd tanta soliti-  
nitati interesse non mereretur, (erant quippè Dominicæ diei vigiliæ) ad oleum  
quidam ita membris omnibus contractus, ut non aliter quoquam procedere, quam  
manibus reptando, potuisset, cum in eodem loco quiesceret, eius dolori compa-  
sus, de lecto se protraxit, & quali potuit solatio cæci vestigia rexit. Vt ergò ecclesia  
am intrauerunt, vtili errore ad sancti Othmari sepulcrum venere. Putabat etenim  
idem benevolus cæci præcessor, in ipso angulo aliquod ostium patere, per que  
cryptam eodem loco vicinam, intrare potuissent. Itaque ex improviso in sarcopho-  
gum viri Dei, quia paulò altius eminebat à terra, impingens, subito resiliit, & ad ter-  
ram protinus cecidit, totiusque ecclesiæ spatia horrendis impleuit clamoribus.  
Cæcus verò hæc audiens, ductorem suum in sania æstims agitari, prout poterat  
aufugere studuit. Misericors autem Dominus, totius boni author & amator, qui  
viderat debilem puerum ultra vires opus pietatis exhibere voluisse, beati Othma-  
ri etiam meritis id obtinentibus, benevolentiam eius dono sanitatis dignatus est  
restituere.

Magna hu-  
manitas mi-  
serè contra-  
cti adole-  
scantis.

remunerare. Nam membris protinus in statum suum restituitis, cæcum, quem paulo ante manibus reptas ad ecclesiam traxit, firmatis iam gressibus per cætera in eodem ambitu orationis loca deduxit. Et quia aliquandiu postea in ipso monasterio mansit, ita omnibus etiam, qui huic facto minus interfuerant, id ipsum declaravit, ut de eo nulli deinceps liceret dubitare.

Contra quos ille sanatur,

*Cera in lapidem conuersa. Cap. 14.*

**Q**uidam enim uerò scholasticorū, ab eodem beati Othmari tumultu particulam ceræ furto subtraxit. Regressus autem ad hospitium, cum pariter penderet quod commisit, statim manifesta Dei correptione stultitię suę errorem confusus agnouit. Nam cum eandem particulā de sinu proferret, in lapidis eam duritiem reperit commutatam. Cumque temeritati obstinatio- nem inuixisset, multo tempore hoc factum à cunctorum agnitione abscondit, præter eum uidelicet, qui & earundem rerum tunc erat conscius, & in hoc tempore miraculi, quod retulimus, relator extat fidelissimus.

Cera muta-  
ta in lapidē.

*Clerico cuiusdam manus restituta. Cap. 15.*

**A**lio quoque tempore clericus quidam aduenit, cui uetriusque manus officium miserabili prorsus modo fuerat denegatum. Nam contortis in uolam digitis, uingibusque, usque ad ossa palmarum immersis, nimis sine intermissione cruciabaturs miser doloribus: adeo ut etiam quædam partes manuum putrefactæ, grauem longius fetorem emitterent. Is cum non longè à beati uiri tumultu consisteret, subito cœperunt digiti eius singillatim ex ordine erigi, & ad naturalium concordiam actionum redire. Ipse uerò, qui pro concessio sanitatis dono gaudere debuerat, doloris magnitudinem clamore horribili testabatur: & eadem hora manibus ad integrum restituitis, postmodum sanus abscessit.

Miserissimi  
hominis cura-  
tio.

*Videm sepulcrum in destructione basilicæ illud sum permanserit, & ut in alium locum reliquæ sancti uiri translatae sint. Cap. 16.*

**Q**uid nuper quoque circa eiusdem uiri Dei sepulcrum gestum sit, quando ecclesiā B. Galli reedificandi causa destruebatur, arbitramur non esse silentio suppressendum. In eadem basilica iuxta aram B. Iohannis Baptistę arca quædam parieti contigua, non magnis lapidibus opere cæmentitio in quatuor lateribus constructa, superius autem tabulis, quarum crassitudo trium uel quatuor erat digitorum, in transfuersum positis, cæmentoque desuper cooperata uidebatur, in qua læpediti uiri corpusculum paulò altius à pavimento subleuatum, tabula lignea tantum supposita iacebat. Aestimantes igitur multi corpus sancti patris sub terra positum, arca uerò constructionem ad designandum tantummodo sepulcræ locum commentatam: & ideò tumulum remanere intactū posse credentes, muros ecclesiæ machinis aggressi, crebris arietum ictibus ruere compulerunt. Qui cum ex omni parte magnæ altitudinis essent, magnisque machinarum impulsibus pariter penè corruentes, sepulcro uiri Dei superferrentur, mirum in modum nullam arca particulam læserunt: quæ cunctis cineribus, sic intacta ex omni parte reperta est, acsi nullo cadentium impetu parietum impetita fuisset. Postea uerò dum quidam saxum haud grande super eam incautè iecisset, protinus quadam ex parte contracta est. Tandem itaque cognito quòd in ea reliquiæ sancti patris haberentur, cum magno eas honore indè transtulerunt, & in ecclesiā S. Petri post altarium posterunt.

Præclarum  
miraculum.

Sacræ eius  
reliquiæ tras-  
feruntur.

*Que visio in eodem oratorio cuiusdam fratri oblata sit. Cap. 17.*

**P**aucis deinceps diebus exactis, quidam frater dum nocturnas uigilias præueniens, idem oratorium orandi gratia quadam nocte fuisset ingressus, totoque affectu precibus insistens, ad altare direxisset intuitum, nescio quam à dextris altaris in Angelicæ claritatis nitore uidit stare personam, sacerdotali quidem habitu præfulgentem, facie autem ad Orientem uersa, gestu corporis intentissima orationis specimen exhibentem. Vestimenta uerò ipsa tanti fuisse nitosis asseruit, ut humanæ infirmitatis reuerberarent obtutus. Cumque hoc diu conspiceret, & uirum propius deberet accedere, anxia mentis hæsitacione trutinaret, persona, quæ apparuerat, se subtrahens cum miraculo & stupore confertatum reliquit. Non est igitur incredibile, eundem uenerabilem uirū uisionis præsentia suæ

Visio fra-  
tris cuius-  
dam.

TRIVS

RV III

5

declarare voluisse, dignè circa translationem suam fraternæ deuotionis iterata fuisse solertiam.

## LIBER II.

*De miraculis alijs beati Othmari Abbatis, auctore Ibone monacho Sangallensi.*

## P R A E F A T I O.

Encomium  
Vualafri  
Abbatis.

**H**ucusquè virtutes & miracula, ob sanctitatem beati Othmaris Abbatis celsitudo declarata, Vualafri Abba, vir doctus & sapiens, qui in literarum scientia apud nostrates illustris ante alios habebatur, seniorum in cœnobio sancti Galli conuersantium rebus, seu etiam scriptis veritatis ratione plenissimis fidem commodans, luculento satis sermone & veraci assertione conscripsit. Sed quia nos fratres, in eodem cœnobio Dei militantes post harum descriptionem virtutum, multa miraculorum insignia circa corpus eiusdem viri diuinitus manifestata esse cognouimus, aliqua ex eis ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, styli officio memorie commendare curauimus: quatenus hinc liquido ab omnibus sanum sapientibus colligatur, quàm dignè ab hominibus honorificetur in terris, qui tam manifesta signorum attestacione quotidie glorificatur in caelis. Non tamen amore eius ducti, aliqua in dubium venientia, vel etiam falsitati obnoxia: sed ea tantum literis titolare disposuimus, quæ & luce clarior constat acritate, & multorum narrationibus veraciter noscuntur esse probata.

*Quibus miraculis B. Othmari sanctitas in basilica S. Petri Apostoli clauerit. Cap. 1.*

**C**um beati viri corpusculum, ab accessu popularis turbæ remotum, in oratorio principis Apostolorum per multa annorum spatia quiesceret, plurimis signorum ostensionibus manifesta sanctitatis eius indicia circa corpusculum eius frequenter ostensa apparuerunt. Nam multi ex nostris cœgregationis fratribus, qui nocturnæ celebrationis vigilias præuenire solebant, causa orationis idem oratorium ingressi, cereos ardentes, vitreasque lucernas sponte incensas, frequenter se ibidem inuenisse affirmabant. Angelorum etiam, inter choros ducentium, suauissimus ibi concentus audiebatur: quorum præsentia tantum luminis claritas profecuta est, vt fenestra ipsius ecclesiæ maxima splendoris illustratione clarescerent, locaque in vicino posita fulgoris sui immensitate perfunderent. Dulcissima quoque odoris fragrantia sæpius ibi narratur esse adspersa, quæ & naribus odorantium incognita, & sui iucunditate satis odorifera habebatur. Quibus profectò omnibus patet, vir iste quanti apud Deum sit meriti: iuxta cuius sepulcrum cercis atque lucernis sponte sua irradiatis, Angelicæ modulationis dulcedinem immensa luminis magnitudo consequitur, & incognita odoris fragrantia mortalium olfactu sentitur.

Nota de celis accensis lucernis.  
De cantu Angelorum

*Vt Salomon Episcopus, eius sanctimoniam in synodo perstringens, triduanum ieiunium indixerit. Cap. 2.*

**T**alibus igitur miraculorum indicijs vir Dei Othmarus post altissimi sancti Petri honorificè sepultus, annis trigintaquatuor, & centum nonaginta quatuor diebus, in pace quiescit. Sed cum iam omnipotens Deus lucernarum lucis operibus accessam, hominumque negligentia diu in occulto positam ad exemplum atque illustrationem fidelium super candelabrum ponere, ac splendore sanctitatis eius omnibus in domo Dei manentibus luminis sui gratiam vellet administrare, cœtus fratrum, in cœnobio S. Galli sub regulari censura Christo deuotè famulantium, assiduas colloquiorum sermocinationes de meritorum eius excellentia facere cœpit. Huiusmodi verò colloquijs iidem fratres sese inuicem cohortantes, diuino, vt credimus, nutu pariter omnes desiderare cœperunt, vt beati viri corpusculum ad B. Galli ecclesiam, quæ iam, Deo opitulante, decenter decorata refulsit, iteratò reduceretur. Distante autem equitatis ratione, cum hoc tantum consilio facere non præsumerent, vitæ eius libellum, qui nostrorum solertia antecessorum multiplici testium adnotatione olim conscriptus, ad nos peruenerat, venerabili Episcopo Salomoni legendum contradunt, suæque voluntatis effectum, quo omnis eiusdem loci congregatio feruebat, aperiant: eius per omnia iudicijs, eiusque obedire parati consilij. Beneuolus autem pontifex, perpectis virtutibus eius exemplis, multimodas gratiarum actiones bonorum omnium auctori persoluit.

Math. 5.

Libellus vitæ S. Othmari.  
Salomon Episcopus Constantiensis.



soluit, quòd bellatorem suum pro zelo iustitiæ fortiter dimicantem, tam a pertis miraculorum ostensionibus declaravit. Remoto etiã dubietatis scrupulo, de sanctitate eius quanuis certus extiterit, nil tamè temerè, nilq; de seipso inordinatè sua sola auctoritate voluit definire: sed more suo prudenti vñs consilio, causa Ecclesiasticorum dogmatũ annuali synodo solenniter indicit, & presbyteros ac diaconos, diuersiq; ordinis clericos apud Constantiense oppidum convenire precipit. Quibus in vnum collectis, venerandus pontifex in medium confurgit: factoque silentio, vita ipsius sanctimoniam, quæ iam multos ibidem residentes dulci rumore aliquantulum permulserat, sparsim pro tempore coram omnibus recitavit. Quo factò, cum maxima clericorum copia in viri Dei laudibus acclamaret, primò Angienis cœnobij Abbatem, qui etiam tunc temporis cum quibusdam fratribus nobis valde charissimis illò confluerat, ac deinde omnem illius concilij clerum Episcopus commonuit, vt triduanum ieiunij abstinentiam facientes, totius boni fontem in commune precarentur, quatenus pietatis suæ munere his in rebus suæ voluntatis dispositionem dignaretur perficere. Quibus dictis, Episcopi sententiã synodus collaudat, seque libenter ita facturam esse conclamat.

Ecclesiaster quenter ieiunium indicit quando quid noui intonat.

*Vt idem Episcopus sanctum corpus de sepulcro sustulerit, & oblatas ibi illas repererit. Cap. 3.*

**F**inito itaque synodi huius concilio, ac peractò trium dierũ ieiunio, venerabilis præsul ad idem monasterium cum suis perueniens, seniore nostrum Grimaldum, rectorum ipsius monasterij, ac Ludouici Regis archicapellannum, de hac re tractaturus, aggreditur. Post amica verò salutationis officia, cum mutuis inter se colloquijs vitæ illius rigorem, ac miracula ob indicium sanctitatis eius frequenter ostensã commemorarent, monachos eiusdem cœnobij in vnum conuenire præcipiunt, simulq; cum eis residentes, sanctum corpus de tumulo, in quo earenus iacebat, auferendum, atque in S. Galli ecclesiam collocandum, pari voto ac communi consilio omnes vnanimiter decernunt. Venerabilis etiam Abbas Grimaldus, quorundam animos metu ac formidine sentiens esse permotos, confidentior cæteris effectus, infirmantium mentes consolando roborat, & paternæ affectionis studio trepidantium corda informat: adstruens ex diuinæ voluntatis dispositione procedere, quòd tam multi de eodẽ tumulo sancti viri corpusculum desiderarent auferre. Præsul etiam præclarus, cum Abbatem tam fiducialiter in his rebus gerere conspiceret, Hartmorum decanum vnã cum cæteris fratribus secum assumit, ad sepulcrum accedens, lapidem superpositum remouere, ipsumque sarcophagũ, in quo thesaurus preciosi corporis iacebat, præcipit aperire. Quo facto, membra sanctitate plena inspiciens, monachos Litaniam decantare, precibusque deuotis hortatur insistere. Deinde venerandas sancti patris exuias humiliter deosculans, cũ omni reuerentia de tumulo subleuauit, & in lectica, quæ illarum receptui pauloantè compacta fuerat, reposuit. Sub capite autem, & circa pectus viri Dei quædam panis rotulæ, quæ vulgò oblatæ dicuntur, ita illasæ, atque ab omni corruptione extraneæ, ab eodem Episcopo inueniebantur, vt in nulla omnino parte colorem vel speciem suã amittentes, adspicientium oculis infra spatium ipsius hebdomadæ viderentur esse confectæ. Quo verò ordine, quòve in tempore eoloci peruenierint, nobis quidem incognitum, Deo autem nouimus esse manifestum. Hoc tamen pro certo scimus, quòd per triginta quinque annos nullus mortalius eius sepulcrum percipuit, antequàm præsens Episcopus, ministerij sui fretus auctoritate, eiusdem congregationis fratribus hoc faciendum iniunxit. Idem tamen Episcopus venerabiliter eas assumens, sacro corpori apposuit, ipsumq; corpus cum summa cautela obuolutum, in lectica superius dicta honorificè commendauit.

Grimaldus Abbas Sangallensis.

S. Othmarus eleuatio.

Nota de panibus, siue oblatas res admirandas.

*Beati Othmari translatio, & festiuitatis indicita celebratio. Cap. 4.*

**P**ost hæc igitur factò interuallo quasi horæ vnus, præsul deuotus, hortatu Grimaldi Abbatis, debito cum honore sanctum virum ex eodem oratorio iubet transferre. Tum verò omnis illa monachorũ congregatio, albis continuo vestibus induta, dulci modulatione in Dei laudibus prorũpens, beati viri corpus lætabunda prosequitur. Sicque per numerosã multitudinis populos, quos amor translationis eius attraxerat, magno cum honore deductus, ecclesiam sancti Galli ingreditur, ac iuxta eius altariũ in dextera parte deponitur. Episcopus

Translatio S. Othmari.

Ll 2 autem

TRIVS

RV III

5

autem animaduertens frequentiam populorum, qui diuersis ex partibus illis conueniant, aliquid de sanctitate illius velle audire, cum propter frigidis subreptionem faucium raucedine impeditus, ipse ad eos loqui non potuisset, quendam archiepiscopum presbyterum ambonem conscendere, ac vice sui sermonem ad populum facere iussit: ita videlicet, ut presbyter ipse altiori paululum loco consistens, ea tantisper proferret, quæ sibi Episcopus in vicino positus dicenda insinuaret. Aliquæ itaque uitæ eius exemplis ac virtutibus coram populo breuiter recitatis, Missarum solennia peraguntur, populusque ad sua cum gaudio reuertitur. Episcopus vero ipsa nocte mansit in monasterio. Manè autem factò, fratres in vnum collegit, atque in aliis sacra institutionis documenta, de sancti viri meritis certus existens, condenter præcipit, ut superueniente depositionis eius die, vigiliis ac Missarum solennia honorificè perficiant, diemque illum tam ipsi, quam omnis familia in monasterio constituta, in honore beati Othmari feriendo, cum gaudio spirituales lætitiæ festiuum possideant. His omnibus ita, ut retulimus, veraciter peractis, presul benignus orationibus fratrum ac benedictione munitus, monasterium læte egreditur.

Eius festum instituitur.

*Annotatio breuis temporum, in quibus res commemoratæ gestæ sunt. Cap. 5.*

**Q**uo verò temporum statu, vel sub quibus regni principibus hæc gestæ fuerint, si quis piè querendo cognoscere cupit, in hac nostra conscriptione serie facillè poterit inuenire, quod quarit. Ipsa enim temporum statum in hoc loco ideo conscripsimus, ut & legentium fidem custodiant, & maiorem apud posteros vigorem sui adnotatione scriptis exhibeant. Igitur B. Othmarus primis temporibus Caroli, patris Carlomanni & Pipini, à Vualdranno nobilissimo ac potente viro, ad eiusdem Caroli præsentiam adductus, cellulam sancti Galligenbernam ab illo suscepit, eiusque possessiones per multa annorum spatia in diuersis rebus nobiliter augmentando dilatauit. Defuncto autem Carolo non per multos annos, filius eius Carlomannus, diuino, ut putatur, amore omnis seculi pompæ delicijs, germano suo Pipino regni gubernacula reliquit: & primò Romanus in monte Soracti apud ecclesiam sancti Syluestri constructo monasterio, regulari vitæ institutis libera colla subdidit: ac deinde in Samniam prouinciã ob amorem secretioris vitæ secedens, in monasterio sancti Benedicti, quod est situm in castro Cassino, reliquum vitæ tempus religiosè conuersando compleuit. At verò Pipinus pater Caroli Imperatoris, per autoritatè Stephani Romani Pontificis, deponit ac deponso Rege Childerico, anno ab incarnatione Domini septingentesimo quinquagesimo quarto, Indictione septima, ex præfecto palatii Rex constituitur, solus Francie cœpit imperare. His ita gestis, præfatus vir Vualdrannus, ad cuius possessionem cellula sancti Galli quasi hereditario iure pertinere videbatur, compertum quòd Pipinus ex Francorum consensu in regni esset sede collocatus, virum Deo Othmarum, sicut superior vitæ eius libellus edocet, iteratò assumens, ad palatium perduxit, atque eiusdem loci titulum ipsi Othmaro à Rege commendari postulat. Quo factò, sanctus vir, multis regie largitatis muneribus pro eiusdem loci constructione susceptis, gaudens & tripudians, ad monasterium rediit. Septimo autem anno regnante Pipino, Vuarini & Ruadhardi potentia iniuste oppressus, plenus dierum, plenus etiam sanctitate meritorum, de angustijs huius vitæ eripitur, & pro bonorum studijs operum ad æternæ beatitudinis gaudia perducitur. Euolutis post hæc decem annis, à suis monachis ad monasterium translatus, inter aram sancti Othmanni Baptistæ & parietem ecclesiæ, in dextra altaris parte honorificè commendatur: ac deinde interpositis non minus sexaginta annis, decimo septimo Calendarum Maij, in die sancto parasceues Paschæ, ad oratorium sancti Petri deductus. Post hæc autem trigesimo quinto anno, incarnationis autem Domini octingentesimo sexagesimo quarto, Indictione duodecima sub pijsimo Rege Ludouico translationem, quam supra descripsimus, Grimaldus Regis archicapellanus, atque ipse Abba monasterij, cum Salomone Constantiensis Ecclesiæ præfule, quarraria sub octauo Calendarum Nouembrium die peregit. Et ut nos solerti studio indagare potuimus, à septimo Pipini anno, quo vir sanctus de huius seculi angustijs commigravit, vsque ad hanc translationem, centum & quatuor anni cõpulerantur.

Carlomannus vitæ seculi principatu abdicã, fit monachus.

† videtur deesse, sepultura, aut aliquid eius modi.

*Incognita odoris fragrantia circa corpus eius adspersa. Cap. 6.*

Delicia

**D**escriptis temporibus, in quibus res superius commemoratae gerebantur, nunc ad miracula veniamus, quae post translationem, quam retulimus, circa reliquias sancti Othmari, omnipotentis Dei virtute manifestatae esse cognouimus. Venerandis sancti patris exuijs ad basilicam sancti Galli praefato ordine deportatis, continuo in ipsa nocte, Episcopo adhuc infra monasterium constituto, magna odoris fragrantia in basilica sancti Galli circumquaque diffusa, maxime iuxta beati Othmari corpus, quasi in modum nebulae volitando, redundare comperta est. Cuius odoris fragrantia cum continuatis tribus diebus ac noctibus ibidem duraret, non tamen ab omnibus potuit sentiri: sed quidam nostrae congregationis fratres, qui etiam religiosiores esse videbantur, suauitatem illius degustabant, & religionis suae auctoritate, huius rei veritatem apud ceteros commendabant. Quibus etiam odor ipse, quantum incognitus, atque ceteris in expertis extiterit, dulcedinem tamen balsami partim, ut asserunt, poterat imitari.

Odor suavissimus ad reliquias S. Othmari.

*Lucerna vitrea coram eo caelitus incensa. Cap. 7.*

**I**n proximo quoque sabato, id est, quarta die a beati viri translatione, sanctum corpus post aram sancti Iohannis Baptistae interim collocatur, donec noua basilica, sub eius honore dedicanda, ipsius habitationi adificaretur. Eadem ergo nocte Dominica, ecclesiae custos, cum nocturnae celebrationis vigiliis confurgendo praeniret, more solito basilicam ingressus, cuncta eius luminaria penes extinguita reperit. Cuius vestigia presbyter quidam nostrae congregationis latenter subsecurus, cancellos basilicae egreditur, ibi coram sacro corpore oraturus profertur. Conspiciens vero ab oratione, lucernam vitream sponte sua inibi adspexit incensam. Quo viso, attentius incubuit: egressusque de oratorio, nemini luminis ipsius administrationem tam cito indicare decreuit. De custodibus quoque ecclesiae nullus eandem lucernam extinxit: quia alius ab alio eam incensam esse existimavit. Illa vero clarius ceteris resplendens, tota Dominica die quasi per singula horarum spatia maiori semper luminis perfundeatur abundantia. Presbyter autem, cui illa caelitis administratio luminis primitus manifestabatur, tanti signum miraculi metuens silentio opprimere, finita iam vespertina synaxi, ceteris hoc fratribus indicauit. Tum multi nostrorum lumen ipsum cupientes videre, propius accedunt, & prout illis visum fuerat, ignem ipsum, qui quasi a medio noctis tempore ardere non destitit, nihil omnino ex liquore olei consumpsisse depraehendunt. Deinde cum ipsa lucerna quasi vehementius ardere coepisset, oleo paulatim decrecente, lux eadem semper se ipsa maior existens, ac tota sequenti nocte vniuersam sancti Galli basilicam fulgoris sui immensitate perfundens, incensionem sui quasi ad octauam diei horam in secunda feria protraxit. Tunc enim custos ecclesiae, cernens eam minorari aliquantulum, finita iam Missa, funem, quo lucerna dependebat, incaute laxando submisit, sicque lux ipsa discessit. Tum vero mirum in modum sub plumbo, cui papyrus imponebatur, cerneret ignem eius vnus digiti mensuram ex oleo consumpsisse, & eidem plumbo super se posito nil omnino dispendij vel laesionis intulisse. Vbi quid stupendum, quid ve potius sit admirandum, non facile intelligere possum: hoc videlicet, quod lux ipsa per se irradiata extitit, an illud, quod tandiu ardens, nihil ex liquore olei minorauit: vel etiam id, quod ignis ipse plumbi molliem super se positam, caloris sui potentia non resoluit.

Lucerna caelitus accensa.

Vide re admirandam.

Plumbum calore ignis non resoluitur.

*In vigilia festiuitatis eius, alia itidem lucerna sponte incensa. Cap. 8.*

**P**ost huius ostensionem miraculi, adueniente depositionis eius festiuitate, vespertinae celebritatis vigiliis solenniter peragere studuimus. Quibus rite peractis, quidam de ministris ecclesiae coronam, quae ob eiusdem festiuitatis gaudia coram sancto corpore incendebatur, extinxit. Et cum lucernam, quae in medio ipsius coronae pendebat, iterato vellet incendere, sponte sua adspexit eam subito esse irradiatam. Quod multi non solum ex nostra familia, verum etiam ex scholasticis atque hospitibus, qui tunc temporis monasterium adierunt, se vidisse testati sunt. Cuius incensionem luminis in hoc etiam caelitus administrari apparuit, quia cum nullus mortalium eam reficeret, tamen ante alterius noctis moderatam, acceptae lucis gratiam moderatè ardendo non amisit.

Lucerna caelitus incenditur.

*Opificum labor in eius solennitate frustratus. Cap. 9.*

IRIUS

gder  
10der  
RVIII  
5

**D**euota quoque fratrum congregatio, iussionibus Episcopi obtemperans, cum Dei laudibus insistendo, nocturnalibus officij solennia decenter peregeret, diemque ipsum omnes infra monasterium constitutos in honore sancti Othmari feruari decerneret, ex ministerio cellerarij tres lignorum opifices, qui in artis huius peritia ceteris etiam videbantur esse praestantiores, et praceptoris sui iussu in cellam, quae est supra monasterium constructa, laborantibus succedunt, ibique dolium quoddam, vetustate & incuria dissolutum, coniungunt incipiunt. Collectis vero in vnum tabulis, cum primo fundum illius satis difficiliter coadunarent, easdem tabulas diligenter assignatas, in circuitu erigere coeperunt, nec villo penitus ingenio per totam ferè diem laborantes, eas constabillire praualerunt. Mirumque in modum semper à stationis suae loco resilire, omnemque artificiosam manuum copulationem videbantur respicere. Tum ipsi opifices inclinata iam die videntes laborem suum in nullo proficere, iniuste se egisse cognoscunt, & post vesperam ad monasterium redeuntes, prostrati in ecclesia, suam sibi stultitiam non imputari, veniam precando, deposcunt.

Punitur  
quorundam  
temeritas,  
diè festum  
violantium.

*Quemadmodum panis fastidio laborans, eius desiderio correptus sit. Cap. 10.*

**A**dolecens quidam de pago, qui vocatur \* Elisaza, progenitus, qui à natiuitatis exortu, siue, vt cautius loquar, à recordationis suae tempore, iniquitate se panem manducasse asseruit, ad monasterium deueniens, neque panem manducans, neque aliquid ex eo vnquam degustans, dimidium ferè panem ibidem permansit. In cibo quoque vel potu si quippiam panis etiam necesse deglutit, statim cum admixtione sanguinis, quod acceperat, inuitus euomit. Haec ergo à beati Othmari festiuitate octaua die basilicam sancti Galli ingressus, cum ostendit altaria circuiret, ad sanctum Othmarum perueniens, eius suffragijs sese adiutori tota intentione precatur. Tum primo nimietate frigoris in pectore concutitur, ac deinde in modum ebrii, capitis grauitate nimioque stupore circumdatur. Et cum ad gradus, sacro corpori contiguos, per quos crypta intratur, deueniret, tanto panis desiderio anxius coepit, vt continuo de crypta rediens, presbyterum quendam in ipso monasterio commorantem, panem sibi dare deposceret. Idem vero presbyter cum pro certo sciret, eum antea panem non manducasse, basilicam paruum in honore sanctae Dei genitricis dedicatam, ingressus, panem benedixit, illique paruum primo frustulum quasi pro benedictione manducandum porrigit. Quod cum ille stans iuxta altare deglutiret, confestim eruentatum de eius ore exiliens post ostium basilicam in pavementum cecidit. Stupefactus vero presbyter, quid strueret, vel cur panem eatenus sibi denegatum manducare vellent, interrogat. Et cum primitus illum, iuxta corpus beati Othmari, eius desiderio inuafum perdisceret porrecto illi pane, Festinanter, ait, ad eum locum tendito, in quo primum panis desiderium habere coepisti. Fortassis enim Deus illo in loco suae pietatis tibi contemere dignabitur auxilium. Cuius praecipis pauperculus obediens, ad ecclesiam rediit, & antequam illò perueniret, panem, quem à presbytero acceperat, manducando consumpsit. Ingressus vero ecclesiam, celeriter miraculo diuulgato, à multis nostrorum panem accepit, & coram sancto viri Dei corpore sedens, satis eum comedit. Qui hucusque apud nos constitutus, consueto hominum more panem sine radio manducat, atque hoc miraculum diuina pietate in se esse peractum, sua voce proclamat.

Mira in ho-  
mine muta-  
tio.

*Quidam debilis sanitati restitutus. Cap. 11.*

**Q**uidam pauperculus, ex Gallorum prouincia genitus, qui sinistram genuum cum pede flaccido, & in sinistram partem deorto contractum, atque atteritum subleuatum, à natiuitatis suae exordio ponderi porius, quam subleuato deportabat, duobus sustentaculis inter axillas suffultus, domos fidelium eleemosynam quaeritando circuire solebat. Hic itaque eodem anno, transactis natiuitatis Dominicae solennijs, in pago, qui vocatur Linzgeuue, constitutus, vnum quendam venerabilem, sacerdotali stola indutum, & vultus honestate praclarum sibi in somnis assistere, hisque vocibus se affari asseruit: Si meam, o pauperculus, mansionem adires, baculum tibi donarem, cuius adminiculo sustentatus, per incepta viarum discrimina melius incedere praualeres. Cui ille: Domine, ait, mansionem tuam nescio, & in quibus eam partibus quaerere debeam, penitus ignoro.

Viso pau-  
peris cuius-  
dam.

Ipse verò ad eum: Lacum ait, stagni huius transfretare, illisq; in locis solerter eam inuicigare curato: pro certo sciens, si illò peruenieris, quòd pro baculi receptio- ne gauderis. Et vt faciliùs eam inuenire valeas, noueris me in domo alterius adhuc positum esse, ac propria mansionis habitaculum nõdum habere. Hac visione pau- per ille cõmonitus, transgresso lacu, ad cuiusdã presbyteri domum quadam die serò peruenit. Eademq; nocte prædicti habitus virum iteratò sibi assistentem, & ferò peruenit. Eademq; nocte prædicti habitus virum iteratò sibi assistentem, & ferò peruenit. Eademq; nocte prædicti habitus virum iteratò sibi assistentem, & ferò peruenit. Eademq; nocte prædicti habitus virum iteratò sibi assistentem, & ferò peruenit.

Alia eiusdã visio.

Mira illius curatio.

Mutuo loquendi officio donatus. Cap. 12.

**P**ost sanitatis huius miraculum exacto trium hebdomadarum spatio, mu- nus quidam in vicino territorio natus atque nutritus, quem multi nostrorum à primæuæ ætate locutionis officio nouerant esse priuatum, in Domi- nica itidem die monasterium aggressus, ad corpus S. Othmari accessit, & quendam lini globulum piæ deuotionis intuitu eius arcæ superposuit. Quo facto, subitaneo quodam impulsu cum ecstasimentis terratenus deiectus, dissolutis lingua retinaculis, sanguinis copiam ex ore profudit. Quem suis ipse manibus, nè in basilica pauperum eaderet, suscipiens, continuo extra ecclesiam proiecit: sicq; ingenti formidine atque terrore peruasus, nemini quod sibi euenerat innotescens, cum omni festinatione monasterio digreditur, & ad mansionem suam citò perue- niens, collata sibi facultate loquendi, suos ibidem notos cum gaudio alloquitur. Quem vt ipsi loquentem, suisq; in interrogationibus respondentem audièrunt, nõ minima admiratione permoti, hoc miraculum cæteris indicando celeriter diuul- gauerunt. Tum verò ex eiusdem loci incolis plurimos vtriusque sexus in vnũ conuenire, & ob concessam mutuo loquelam obstupescere, ipsumq; in illorum me- dio positum, quomodo sibi contigerit, & vbi, & quando lingua eius soluta fuerit, cerneret enarrare. Sequenti autem die clericus quidam ex eodem loco illum assu- mens, ad monasterium reduxit, & huius rei veritatẽ nobis per ordinem indicauit.

Mutuo reddi tur loquen- di facultas

Membris omnibus à natiuitate contractus, meritis sancti corrigitur. Cap. 13.

**E**odem anno vir quidam, cuius Aurelianensium, puerulum omnibus penè membrorum iuncturis contractum atq; conglobatum, piæ deuotionis in- titu paruò vehiculo impositum, modo trahendo, modo coram se impel- lendo, tum etiam proprijs humeris gestando, Romam perduxit. Paucis die- rum circulis ibidem exactis, indè reuertitur: atque, vt ex eius ore didicimus, Ale- manniam petere, & sancti Galli monasterium adire noctũ in visione cõmonetur. Cui ille visioni annuere desiderans, laborioso fatis conatu iuga Alpium superat, & quadam die, imminente iam vespera, diũ desideratum lassus ingreditur monaste- rium. Qui etiam in ipso itinere quot molestias, quòtve in cõmodorum pertulerit angustias, testes fuerunt humeri, quos vestribus eiusdẽ vehiculi adeò contritos esse compèrimus, vt multi nostrorum callos in eis duratos esse conspicerent. In primo igitur basilicę ingressu ad corpus beati Othmari perueniens puer ipse, tendentibus sese compagum retinaculis, vehiculo decidens, in paupètum prouoluitur, & vo- cibus horrendis testa ecclesiæ complens, nimio se dolore vrgeri, insolito clamoris strepitu protestatur. Senior autẽ noster Grimaldus, his diebus in monasterio posi- tus,

Visio cuius- dam eius Aurelianen- sis.

Mira sancto- rum virtus.

IRIUS  
guter  
Aober  
RV III  
5

tus, cum ipsa hora pro foribus basilicę infra claustrum confisteret, audito huiusmodi strepitu, Salomonem Episcopum, vnā cum Augiensis cenobij Abbate, qui ipso die ibidem fortē conuenerant, secum assumens, ecclesiam intrat, cauſamque tam horrendi atq; insoliti clamoris interrogat. Quid plura? Abbates cum Episcopo propius accedunt, flebili vlulatu puerum huc illucque in pauimento volutacernūt, seseq; ipsum proprijs vnguibus, cogente moleſtia, lacerare, & quasi discipere perspiciunt. Post longam huiusmodi vexationem, sinistra manus in volacontracta, extenditur: incuruata ceruix erigitur: sinistrum genu quoque cum pedead tibiam supinato, laxatur: & planta pedis dextri, ab ipsis natibus, quibus inpressa fuerat, fracto genu cum sanguinis effusione, proſiliens, Episcopo etiā adhaſſente, hymnumque Te Deum laudamus, canente, corrigitur. In processu ergo temporis puer ipse ambulare incipit, & modō in monasterio nouis vtens gressibus, huiusmodi miraculi idoneus testis exiſtit.

Mirabilis  
pueri mira  
curatio.

LIBER TERTIVS.

PRAEFATIO EIVSDEM ISONIS.



Sancti patris nostri miracula haecenus à nobis vili sermone schemate prolata, quanquam lectoribus beneuolis ad declaranda sanctitatis eius praeconia sufficere non dubitemus, tamen quae in basilica in honorem eius aedificanda paulo superius mentio incidit, qualiter, peracta eius constructione, sanctus vir in eam translatus fuerit, quibusque miraculorum ostensionibus sanctitatis eius diuina clementia ibidem postea manifestauerit, ne obliuione depercant, successu nostris breuiter contradere libet: non pompa verborum complexione, superuacua laudantium gloria aucupantes, sed dicto tantummodo simplicitate veritatem rerum quaerentibus ostendere cupientes. Quae enim nostrae, sed illius nos gloriae potius studere condecet, qui electis suis modo bonum velle, deinde tribuit inchoare: tum etiam vires implendi suggerere, postremo digna eos mercede remunerans, sanctitatem eorum virtutibus & signis patenter dignatur ostendere. Quapropter ipsum per omnia totius boni fontem, bonorumque omnium largitorem, in beati patris nostri miraculis laudare desideramus, Dauidicum illud dicentes: Non nobis, Domine, non nobis, sed nominatio da gloriam.

Deus bonū  
velle, inchoare,  
& perficere  
largitur.

Psal. 113.

*De consecratione basilicarum, SS. Othmari & Michaelis Archangelis, & reparatione muti. Cap. I.*

Post translationem igitur supra memoratā euolutis trium penē annorum spatij, cum beati Othmari basilica studijs deuotē eam edificantium decesserit iam perfecta fuisset, senior noster Grimaldus, Ludouici Regis Archiepiscopus, capellanus, praefatum Constantiensis Ecclesiae praesulem, ad peragendam consecrationis eius solennia ad monasterium iridem venire rogauit. Quod dum famulo vulgante populis in vicino positus compertum fuisset, videlicet quod sanctus in de basilica S. Galli in suum deportandus esset oratorium, sacris eius exequijs interesse cupientes, monasterium cateruatim adire coeperunt. Episcopus autem die illato superueniens, ecclesiam sub ipsius nomine solenniter dedicauit. Ac deinde sacrati corporis membra aggressus, quasdam ex eo particulas pro reliquijs deinceps condonandis seorsum reposuit: Caetera autem manu sua honorifice in uoluentis sarcophago nouo collocauit. Illas quoque oblatas, quas narratione superiori in eorum tumulo retulimus fuisse repertas, catenus incorruptas, atque omnimodis illesas perdurasse miratur, & quasdam ex eis in uolutas sacro itidem pectori superposuit. Alias uero pyxide recondens, superuenturis temporibus pro sanctitatis eius testimonia conferuare praecipit. Post haec autē nobis omnibus sacris vestibus solenniter paratis, praesul ipse data in altum oratione, presbyteros, qui adstant, virum Dei foras deportandū leuare cōmonuit. Nec mora, cū crucibus & cercis atque thuribus sanctus vir ex ecclesia deportatur, eademque hora mutus quidam, eius, ut credimus, mentis loquēdi officio muneratur. Cuius tamē persona, ut potē vilis, quia nobis ea tantum incognita extiterat, idē miraculū, quod in se patratū referebat, primō credere distimulauimus. Sed cum ex pago, quod vocatur Arageuue, se fuisse assereret, à parentibus eius

Iterū transferuntur reliquiae S. Othmari.

Muto restituitur vox.

eius, alijsque, qui eum benè nouerant, nostrorum postea inquisitione verum hoc esse didicimus. Tum verò omnes nos laudes ac melodias canendo, comitante numerosa populorum multitudine, debita cum ueneratione corpus chari patris nominosa prosequimur. In prato autem Orientem versus constituto, paululum presso gradi, teratenus prostrati, ad orauimus. Surgentesque, pijs eius exuijs singillatim subire, ac superiecta uelamina deuotione humili cœpimus osculari. Quo facto, cū ueneratione maxima ad monasterium properantes, sanctasque reliquias in suam basilicam introducentes, gratias Deo debita cum laude retulimus, qui tantam nobis lætitiā conferre dignatus est. Quanti ibi iucundantium fletus, quantiq; exultantium singultus oborti fuerint, nequaquam enarrare ualemus: quippè qui nec ipsas Dei laudes crebris singultibus intercepti, absq; lachrymis proferre potuimus. Præcipueq; uenerandus pater noster Grimaldus, tripudiantium lætitiā motus, à lachrymis se continere nequiuit, agens Deo gratias, quòd suis in temporibus, in loco etiam sibi commendato, tantum decus, taliaq; omnipotentis Dei beneficia uiderè promeruit. Ad cuius quoque lætitiæ cumulum Augiensis cœnobij Abba cum quibusdam ipsius loci fratribus eadè hora superuenit, fratresq; ex monasterio, quod Campidona uocatur, ab Abbate suo missi, huiuscemodi exequijs, talibusque se inuolueret gaudijs gratulabantur. Episcopus autem inter eā sacras pij patris exuias in arca saxea recondens, altario supposit: sicque Missarum celebratione solenniter peracta, benedicens populum, abire permisit. Facta sunt autem hæc anno incarnationis Dominicæ octingentesimo sexagesimo septimo sub pijssimo Rege Ludouico, supra memoratis principibus pastoralis officij functione curam Ecclesiarū Dei strenuè agentibus, octaua Calèdarum Octobrium die, quarta feria, Indictione prima. Die uerò sequenti, ut honor beati uiri latius augmentaretur, memoratus præsul ex reliquijs eius, quas pridem huius rei gratia seorsum cum posuisse retulimus, primo sibi tulit, & postea Abbati ex Augia, & fratribus de Campidona, cæterisque, religiosijs utique ac uenerabilibus uiris, aliquas ex eis particulas, prout sibi uisum fuerat, cōmendauit, nobis præsentibus omnes eos sollicitè cōmonēs, ut per omnia honorificè dignèq; castrare curarēt. Quibus peractis, B. Archangeli Michaëlis ecclesiam consecrauit, multosq; sacro chrismate cōfirmans, salutatis fratribus, lætus cum suis monasterio decessit. Altera autè die Abbatem ex Augia, fratresq; ex Campidona cum laudibus & cantilenis extra monasterium prosequentes, post fraternam dilectionis colloquia, dato pacis osculo, ad sua remeare cum gaudio permisimus.

Basilica S. Othmari.

Campidona se monasterium cōstituit Hildergardis, Caroli Magni coniux, ibidem sepulta.

Obserua prætorum Germanorum studiū erga sacras reliquias.

TRIVS

OPER

RV III

5

*Uper reliquias sancti uirietia in locis alijs plurima sint ostensa miracula. Cap. 2.*  
 Inita relatione, qualiter uir beatus in suam trāslatus fuerit basilicam, nè fastidioso fortè lectori protractus in longum sermo, turbata mente rugam frontis ingereret, aliqua ex sanctitatis eius indicijs, quæ ipsius clarescentibus meritis ibidem postea manifestata fuisse perspeximus, in calce huius descriptionis stricim ac succinctè subiūgere curauimus. Non utique omnia, quæ uel ipsi facta uidimus, uel ab alijs ueraciter patrata esse comperimus, huic opusculo inferentes: sed ex multis pauca, atque à nobis perspecta, in vnum colligere uolentes. Cuncta enim hæc facillè enarrari posse non credimus, præsertim cū in locis plurimis non ad nos tantum, sed ad alios quoque pertinentibus, quæ sacris eius pignoribus ditabantur, tam multa quotidie miraculorum signa effulserint, ut nec uerborum facundia proferri, nec styli instantia absque labore ualeant comprehendere. Quapropter his interim omisissis, ad ea nos tantum scribenda conuertimus, quæ & nobiscum omnimodis facta cognouimus, & apud liuoris expertes, attestationi sanctitatis eius sufficere posse confidimus.

*De serui cuiusdam pede uulnerato, & meritis S. Othmari sanitati restituto. Cap. 3.*

Quidam paterfamiliās, multorū apud nos cognitione notissimus, seruum quendam habuit, qui operis quippiā faciens, casu pedem uulnerauit. Pes uerò ipse protinus in tumorem uersus, adeò uenarum contractione debilitatus est, ut ambulandi facultate penitus priuaretur. Hanc ob causam sustentaculum quoddam geniculo supponens, gressum, quem pedis infirmitas denegabat, per annum ferè integrum arte fulciendo subleuare curabat. Is cum ad beati Othmari suffragia uenisset, ante eius altare prostratus orauit: confestimque soluto pede, relictoque sustentaculo, sanus abscellit.

Pes cuiusdam contractus restituitur.

De

De contracto quodam sanato. Cap. 4.

**N**EC multò post alius quidam, pedem cum tibia altiùs à terra leuatù, & ad posteriora contractum, nò ad subsidium itineris, sed ad ponderis portus grauitudinem ferebat. Hic die quadam baculis suffultus, monasterium deuenit, & beati Othmari oratoriù ingressus, coram altario eius stando, cum orasset, pes ipse cum tibia solutus protenditur: sonitumque in modum fracti cuiusdam ligni crepitando emittens, corrigitur. Nec mora, suo restitutus officio, ferentem se ferebat, portantemque grata mercede remunerans deportabat.

Item alius quidam contractus.

De sanctimoniali femina post diuinam cecitatem illuminata. Cap. 5.

**S**Vb ipsius anni spatio sanctimonialis quædam de oppido, quod Basilea dicitur, ante annos quatuor vtrisque luminibus orbara, fororis suæ ducatu ad monasterium tendendo peruénit: ibique tribus ferè hebdomadibus cecitatis tenebris adhuc inuoluta permansit. Annuo autem cursu accedente festiuitate, qua Catholica per orbem Ecclesia sancti spiritus aduentu lætatur, in sabbatò, quod eam præcedens, ipsi quoque imminet, cum multitudo populi more solito orationis causa monasterium adiret, sanctimonialis ipsa inter alios, qui aduerant, hora diei quasi quarta, ante beati viri tumbam oratura prostermitur: ibique aliquantisper orando, lumen quod amiserat, recepit: multisque in vnum conuenientibus, perspicuitate huius miraculi, magna admodum lætitiæ causa fuit.

Cæca recipit lumen.

VITA S. MARGARETAE Reginae Scotiae, cuius festum in decimò seximo Nouembris incidit, habetur 10. Iunij. Consulatur itaque Lector tomum tertium, vbi dicto die eius vita describitur.

DE SANCTO EUCHERIO EPISCOPO LVGDVNSI, EX MARTYROLOGIO ADONIS Archiepiscopi Treuironum.

Nouemb. 16.

S. Eucheri? in spelunca degit.



**N**ATALE sancti Eucherij Episcopi Lugdunensis, admirandæ fidei, vitæ & doctrinæ viri. Qui ex nobilissimo Senatorum ordine ad religiosam vitam habitumque conuersus, diu in agro suo super fluuium Durentiam in tractu septa speluncæ spontè conclusus, Christo seruiuit, ieiunijs & orationibus vacans. Defuncto autem pontifice Lugdunensi, cum vniuersa Ecclesia, iuxta morem à se antiquitus obseruatum, triduanis ieiunijs & obsecrationibus, qui gubernationem eiusdem Ecclesiæ suscipere deberet, sibi posceret à Domino reuelari, cuidam puero apparens in visu Angelus Domini: Est, inquit, senator quidam Eucherius nomine, super fluuium Durentiam reclusus in spelunca, qui relictis omnibus, quæ possidebat, secutus est Dominum. Ad hunc deducendum pergit, & vobis pastorem illum constituit, quoniam à Deo est electus.

Vide quam reuelauerat. Cumque illi Archidiaconus rem, propter quam venerant, indicasset, coepit cum iuramento dicere, se voluntariè de specu non egressurum, nec cum eo nisi ligatus duceretur, iturum. Cumque diu talia repeteret, Archidiaconus effraeto muro speluncæ eduxit eum, & iuxta quod ipse iurauerat, vinetum perduxit Lugdunum. Quem pari animo vnoque consensu Clerus & populus sibi eligens sacerdotem, in pontificali cathedra solenniter collocavit.

Vxorem habuit ante Episcopatum, quæ postea desijt esse vxor.

Huius vxor Galla, in sancto habitu Deo seruiens, speluncam eius ingressa, omne illic vitæ suæ tempus in studio religionis exegit. Duæ ipsorum filia, quarum vna Consortia, altera Tullia vocabatur, virginitatis gratia & signorum gloria claruerunt.

VITA